



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 46. Lunensis Comitis impulsu rursus actum de clausula: Legatis
proponentibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

XII. „Principes, & Magistratus di-
 „versari non sinant officiales suos, fa-
 „mulos, milites, equos, canes, in ædi-
 „bus, aut Monasteriis Ecclesiasticorum,
 „neque ab iis quidquam pro victu, aut
 „transitu extorqueant.

XIV. „Quod si aliquod Regnum,
 „provincia, aut locus, prætendat se ad
 „quidquam supradictorum non teneri,
 „virtute privilegiorum a Sede Aposto-
 „lica, quæ actu observentur: hæc
 „Privilegia exhibeantur Pontifici, infra
 „annum post finem Concilii, quæ ab il-
 „lo, secundum merita Regnorum, aut
 „Provinciarum, confirmantur, & anno
 „finito, nisi exhibita fuerint, nullius vi-
 „goris intelligantur.

§. XLVI.

*Ex Lunensis Comitis impulsu rursus a-
 dum de clausula: Legatis pro-
 ponentibus.*

Post hæc Lunensis Comes rursus quæ-
 sitionem de clausula hac, proponen-
 tibus Legatis movebat, eamque juxta i-
 terata Regis Catholici Domini sui man-
 data supprimit petebat, exponens, Re-
 gem suum considerasse, quod ipse, cum
 tam magnam Orbis Christiani partem
 possideret, se obstringi crederet, ne dici
 posse permetteret, ætate sua inductam
 fuisse

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

Pallav. hist.
 Conc. Trid.
 l. 23. c. 2. n. 1.

Sæcul. XVI.
A. C. 1563.

fuisse clausulam, qua Conciliis deinceps celebrandis gravissimum sane detrimentum inferri posset: cum enim Regi ostensum fuisset Legatorum scriptum, neutrum ex eorum consiliis ipsi placuit; nam nec probabat promissam eorum declarationem, quam in fine Synodi addere pollicebantur, cum fieri posset, ut aliqua fieret mutatio, ob quam hæc promissa dilucidatio in oblivionem veniret, atque ea clausula intacta remaneret: nec etiam Regi satisfecit alterum consilium, quod Moronus Cardinalis cum Cæsare iniisse dicitur, eratque illud, ut Oratoribus, prius petita a Legatis proponendi facultate, etsi hi recusarent, liceret tamen suas semper res proponere: nam præterquam quod hac ratione Patrum libertas imminueretur, insuper ejusmodi petitiones, ac concessionem aliunde potius ad res pro rogandas, atque ad nova obstacula excitanda conferrent.

§. XLVII.

*Iterata Comitis petitio de tollendis
hisce verbis.*

Pallav. n. 2.

His addebat Comes, quod re ita pensata Rex ejus Dominus denuo præcepisset, ut controversam hanc clausulam tolli, & claram declarationem fieri peteret, id vero si Patres renue-
rent,